



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangelio Dominicæ: De cœna magna. Luc 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

2. Heb-
dom.
post
Trinit.

Dominica II. post Trinitatem.

De Cœna magna. Luc. 14.

I.

I. **H**omo quidam fecit cœnam magnã.
Filius Dei factus homo instituit
cœnam triplicem, sanctificantis gra-
tiæ; SS Eucharistiæ; & cœlestis glo-
riæ, & quidem magnam. 1. Ratione
personæ instituentis, & conuiuarum
inuitatorum. 2. Ratione ipsius cœnæ.
3. Ratione finis, ad quẽ directa. 4. Ra-
tione amoris, ex quo instituta. Quis
dignè huius triplicis cœnæ magnitu-
dinem dimetiendo assequatur, cuius
latitudo se extendit ad omnes homi-
nes, quotquot inuitantem Filium Dei
audiunt; ad omnis generis delicias,
& quidem maiores, quàm intellectus
humanus concipere, aut appetitus
concupiscere possit: cuius sublimitas
attingit summas delicias ipsius Dei,
cum in se per participationem con-
tineat fontem omnium deliciarum:
cuius longitudo, seu duratio, vel in
se est æterna, vt cœnæ gloriæ; vel est
æterna, quoad effectum intentum, vt
cœnæ gratiæ, & sacrosanctæ Eucha-
ristiæ,

Ff 2

ristiæ,

riffiæ, quarum vtraq; dirigitur ad participationem æternæ gloriæ : cuius denique profunditas incomprehensibilis, cum in ea Deus infinitus dignetur seipsum sic communicare omnibus & singulis conuiuis tam indignis.

Quam inæstimabilis illa liberalitas Christi tam benignè omnes ad hanc triplicem diuinissimam cœnam inuitantis, & quidem tot modis, per prædicatores, per Patres spirituales, per internas illustrationes & inspirationes, per lectiones piorum librorum, per exempla feruentium Dei seruatorum? Gratitude, amor, feruor anhelandi ad hanc triplicem cœnam, seque dignè ad eam disponendi.

II. *Et cœperunt simul omnes se excusare.* Quanta cæcitas, quanta ingratitude mortalium tantam Dei sui benignitatem respicientium, ob inordinatum amorem & cupiditatem honorum, opum, voluptatum? quam miserabilis eorum fors, quam cæci tunc primùm agnoscent, cum apud inferos vociferabuntur: *Quid prodest nobis superbia; aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia tanquam umbra.* quam beata verò illorum fors, qui vel per tria vota religiosa, vel per conti-
nuam

Sap. 5.

nuam mortificationem concupiscen-
tiarum, despectis terrenis ad cœlestes
delicias medullitus semper anhelant?
Fuga & odium mundi, amor & desi-
derium eorum, quæ Christus cruci-
fixus amavit.

III. *Tunc iratus Paterfamilias dixit ser-
uo suo: Exi citò in plateas & vicos ciuita-
tus; & pauperes ac debiles, & cæcos, &
claudes, introduc huc: dico autem vobis,
quod nemo virorum illorum, qui vocati
sunt, gustabit canam meam.*

Quanta benignitas Dei erga pecca-
tores humiles, demissè agnoscentes, se
esse ex se pauperes, ac debiles, & nu-
dos, & cæcos, & claudos, & mise-
ros, & miserabiles, quos ex stercore
erigit, & inter Principes populi sui
cœnæ suæ magnæ conuiuas adhibet?
quanta porrò seueritas in ingratos, su-
perbos, ambulantes in mirabilibus su-
per se, quos à cœna sua æternam ex-
cludit? Humilis & sincera conuer-
sio, horror ingratitude, maxi-
mè pro beneficio vo-
cationis.

(*)

Ef 3:

Deo